



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

Escobar y Mendoza, Antonio de

Lvgdvni, 1659

Cap. I. De Cambij essentia, & speciebus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

Salas. 416 *Moralis Theologie Tract. III. Iustitia,*
sus augeri, aut nouus constitui? Posse *Salas* de cens. dub. 8. n. 13
affirmat.

Less. 14. *Potest ne de pecunia credita constitui?* Aliqui asserunt
alij negant. Existimo posse probabiliter, *Pij V. Bulla* expressè
id prohibens, non est recepta. *Lege Lessium lib. 2. cap. 11.*
dub. 13. n. 99.

15. *Est ne licitum partum de retrouendendo in favorem em-
ptoris census?* Licitum est. Id est, potest obligari venditor cen-
sus ab emptore, ut quando is voluerit teneatur removere cen-
sum quem vendiderat, reddito eodem pretio, vel eo quod
postea valebit census, prout inter se conuenient. Neque de-
bet tunc emptor census computare pensiones interim percep-
tas in partem pretij, modò tamen aliquo alio modo gra-
men, quod per hoc pactum imponitur venditori; ad arbitri-
um boni viri ab emptore compensetur. *Hæc Malerus.* Ta-
men ob periculum usuræ pacta huiusmodi fugienda.

16. *Quandónam soluendus est census?* Respondet *Toletus* in
fine anni, nisi aliud ferat consuetudo, aut pactum.

Toler. 17. *Est necessarium fructum loci non esse minorem redditu
census?* Communis opinio est oportere non esse minorem.
Toletus tamen negat id esse necessarium.

Saa. 18. *Potest ne fructus aliquis ex pacto solui pro censu, ut po-
test solui pecunia?* Afferit *Saa* posse, etiam si locus censi
subiectus talem fructum non ferat.

Saa. 19. *Licet ne census ex utraque contrahentium parte redi-
mibilis?* Ex doctrina *Saa* existimo non licere.

Saa. 20. *Inter quanam bona census numerantur?* Inter immo-
bilia adnumerari ex eodem *Saa* affirmo.



EXAMEN VIII.

*De Iustitia & iure, circa materiam tertiam de
contractibus onerosis, scilicet de
Cambiis.*

CAPUT PRIMUM.

De Cambiis essentia, & speciebus.

1. *Vid est Cambium?* Permutatio *negotiationis numis-
matis* pro *numismate*. Non quilibet *permutatio*
Cambium

Cambium hic est. Quotuplex permutatio? Triplex. Prima, qua in rebus permutantur. Secunda, qua res pecunia. Tertia, qua numisma numismata. Igitur permutatio numerorum negotiatoria cum spe lucri Cambium dicitur.

2. Quot sunt Cambij species? Quatuor. Prima, Cambium minutum, cum maiores pecuniae pro minoribus, vel minores pro maioribus dantur cum aliquo lucro. Secunda, Cambium siccum, cum campfor dat alicui pecuniam, ut eam cum lucro in eodem loco post aliquod tempus restituat, prout valebit in loco alio remoto tempore solutionis. Tertia, Cambium per literas, cum quis dat campfori pecunias, ut eas in alio loco vere accipiat, prout ibi statuto tempore valebunt, à campforis socio. Quarta, Cambium reale, cum campfor dat pecunias alicui in uno loco, ut eas in alio loco restituat. Porro *Filiaciū* sententiam p̄appono, qui duplēcē tantū *Filiacū*. Cambij speciem statuit: vnum, inquit, Cambium est, quod sit in eodem loco ratione diuersæ materiæ, quod dicitur minutum: alterum in diuerso per literas, quod appellatur Cambium per literas. In cuius expositionem p̄emitto tria esse in pecunia, materiam, figuram impressam, & valorem in ordine ad res veniales.

3. Num camporia ars licita? Ita planè, periculosa quidem, si tamen debitè fiat; Reipublicæ valde utilis, & necessaria: at Ecclesiasticis prohibita est.

4. De prima igitur Cambij specie ex materiali orba diueritate pecunia differamus. Cambium minutum illud assero cum pecunia minores (ut dixi) commutantur cum maioribus eiusdem, vel alterius materiæ; sive quæ sunt vnius Provinciæ commutenrur cum iis quæ currunt in alia: sive pecunia publicæ & antiquæ commutenrur cum deformibus vel nouis. Eadem lex de maiori pecunia pro minore.

5. Recipi ne potest pro hoc Cambio minuto pretium? Potest plane iustum, & obsequio commensuratum. Mensura si taxata non sit, à communī estimatione pensanda est.

6. Possunt ne priuata & persona cambiantes hoc pretium accipere? Possunt, modò minus sit ob minora incommoda & obsequia p̄estita.

7. Quid si pecunia pretium firmum sit? Potest tamen pro Cambio aliquid accipi. Famulus commutans pecunias solandas creditoris sui domini, potest ne Cambij pretium lucrari? Aliquando potest, v.g. si tacitus adsit domini consensus, vel nullum detrimentum creditori propter hoc sequatur.

8. Iam vero secunda speciei Cambij recole iustitiam. Cambium
Dd

418 *Moral. Theologiae Tract. III. Iustitia,*
bium locale siue de loco ad locum per literas valde vtile
Reipublicæ duobus modis fit. Primus est, cum mercator in
vno loco accipit, ut in alio reddat. Secundus cum prius dñs
quam accipiat. In utroque licite lucrum accipit mercator ob
virtualem transportationem.

9. *Praxim horumce Cambiorum expende.* His ferè modis
continetur. Primo, ut statim acceptis literis pecunia soluta
tur. Secundo, aliquando non statim, sed rarius, aut citius po
loci consuetudine. Tertio, aliquando certus præfigitur
minus, v. gr. Vallisoleti, vel alibi futurarum nundinarum.
Si fiat Cambium intra eandem Prouinciam, accipi ne exu
lucrum potest i Ita planè, nisi esset lege humana prohibitus.
Augetur ne lucrum ex distantia? Augetur, modò notabilis
fit, quamvis hæc inter mercatores in consideratione non ha
beantur. *Possunt ne priuata personæ in eadem mensura lucrum*
accipere? Profectò non deberent; quia tamen ad alia omnia
mercatores respiciunt potius quam ad operas & labores
ideo etiam ipsæ currēns fori pretium sequi possunt. *Luctu*
tur ne iuste campsor siue prius det, ut alibi accipiat: siue prius
accipiat, ut deinde reddat? Iuste lucratur; quia utrobique vir
tualis adest translatio, seu asportatio. *Quid si campsor eget*
pecunia in loco ad quem cambitur? Nihil referre assero; quia
id totum eius industriæ tribuitur, & res ipsa pretio est asti
mabilis.

10. *Obsecro causas lucri in Cambio assignes.* Quatuor esse
possunt. Virtualis translatio: maior aestinatio pecuniae: lu
crum cessans campsori: carentia pecuniae cum qua sunt con
iuncta pericula.

11. *Quid de Cambio ad Nundinas?* Cambium hoc non
differt à locali nisi accidentariè. Seruatis debitibus conditioni
bus est licitum. Tres præcipuae: ut iustum pretium serueri
secundum communem fori aestimationem: ut realis permu
tatio fiat ex vno loco in alium: ut in aestimatione pretij per
se ratio temporis non habeatur.

12. *Est ne licitum Cambium pro secundis nundinis, vel pro*
duplicibus? Usurarium censetur, nisi gratis id campsor con
cederet. Potest ne certum interesse à principio in pactum deduci.
Non potest.

13. *Vsus dandi ad Cambium initio cum maiori lucro, quam*
in medio aur fine nundinarum potest iustificari? Etiam, si per se
temporis solius ratio non habeatur.

14. *Quid de monopolij in Cambijs huiusmodi, unde pretium*
directè augeatur? Contra iustitiam est, quam violant etiam
positiue

positiūē cooperatores. Nec pretio per monopolium inducto possumt ut iij, qui fuerunt eius causa in principio saltem; secus postquam communiter receptum erit.

C A P V T I I .

De nonnullis aliis ad Cambia pertinentibus.

15. *Possunt ne campsores à campsiarius fideiussores exigere?*
Possunt; et si campso sit fideiussor, potest aliquid pro eo accipere.

16. *Est ne licitum pactum de interesse, si campsiarius in mora sit?* Ita quidem, modò mercator certus moraliter sit tantum lucri sibi ex mora cessaturum.

17. *Campso non vult dare Cambium nisi pro loco ubi plus lucratur: peccat ne?* Si obligatus est pro officio, iniustè facit; si persona priuata est, ad summum contra charitatem ageret; quamuis si illi esset incommodum, nec etiam debitam proximo charitatem laderet.

18. *In Bulla Cambiorum quānam conditiones continentur?* Prima, Cambia sicca, in quibus videlicet solutio sit in eodem loco, damnatur. Secunda, ne Cambium reali fiat cum aliquo ob dilationem statuti termini lucro: ne ab initio de certo interesse ob moram contrahentes paciscantur: ne fiat Cambium nisi ad proximas nundinas, vel proximos terminos iuxta loci usum: vt in terminis solutionum ratio habeatur majoris, vel minoris distantiae locorum.

19. *Si mutetur pecunia valor, licebit ne exigere eandem? Minime, sed ad æqualitatem. Potest ne villa in ordine ad solutionem restari?* Minime si publico sigillo munita sit, nisi de certo eius genere pactum fuisset.

20. *Suppono pecunia valorem mutari à Princeps: quidnam circa Cambia obseruandum?* Multa obseruari debent. Primò ratio habenda est pacti prius initi, videlicet soluendi in auro, vel argento duplice, & sic de aliis cautionibus inter contrahentes appositis. 2. Si pecunia promissa mutetur quoad valorem intrinsecum, hoc est materiae, vel ponderis, soluenda erit secundum valorem antiquum tempore contractus. Si etiam secundum valorem extrinsecum, hoc est, legalem, & publicum pretium, solutio fiet secundum estimationem. 3. Variatio pecuniae post culpabilem moram in soluendo,

D d 2 vocet